



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Modus Recte Se Disponendi Ad Felicem Mortem

Poiré, François

Coloniae, 1651

Dispositio VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55160)

cordia alijs exhibita diuinam quoque benignis conciliet: vt charitas, cuius fuerunt tam studiosi, operiat multitudinem peccatorum, quæ admiserunt: & vt illis fidenter addantur animi, benè cum illis agi, nec quidquam esse, cur se grauius affligant; quandoquidem toridem habeant patronos, quot obnoxios sibi redidere clientes.

DISPOSITIO VI.

Sexta est, Fiducia in Deum, quæ plerumque vt pabulum sustentare mentes nostras, quamdiu in corpore versantur, debet. Quod vt dicam; vsus me docet, eos, qui assueuerunt, se nimio metudiciorum Dei excruciare, nullò ex eius conitate vsi lenimento, in agone confitari cum peculiari diffidentiâ. tristi formidine, ac horrore, à quibus ad ipsum desperationis præcipitium adducuntur, non sine periculo tristissimi casûs: animus igitur in has angustias coniectus lenusq; acerbitate, mole vrgentiû cogitationû humi deprimitur, non nisi maximo labore erigendus. Neq; hæc idcirco, quasi velim salubrem metû penitus hinc
pro-

ad bene moriendum.

I

proscribere, quo tamen S. David cupiebat esse confixus, a quique mentem à corruptione peccatorum præseruat. Id solum cupio efficere, vt medium teneat, amoreque ac fiducia temperetur: qui affectus sunt & puriores, & potentiores ad generosius certiusque pugnandum quam sit timoris.

(a) *Psal 118, Tps: 120.*

DISPOSITIO VII.

Septima est, Studium consequendi Indulgentias, seque sponte assumptis pœnis affigendi, quibus pro peccatis satisfiat aut etiam conatus, ex morbis proficendi, aliisque incommodis, quibus à Deo ad scelerum castigationem exercemur. Multæ graues rationes nos vrgent, magni hoc caput aestimare; imprimis verò remora illa, quam pœnæ post hanc vitam persoluendæ injiciunt, quo minus liceat Deo frui, nostrorum omnium bonorum supremo, & fine, ad quem conditi sumus. Abunde suppetunt historiæ, plenæ formidabili seueritate, quam diuina Iustitia in animas post mortem purgandas exercet. Amor autem rectè ordinatus, quo erga nos ipsos

tene-